



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XXV. De Bello circa Rudaw.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

atque honorificè à Cruciferis, quounque adiit, acceptus est. Vid.  
Salomon Neugebauer. lib. 3. Hist. Polon. pag. 209.

## C A P. XXV.

De

*Bello circa Rudaw.*

**A**nno Domini MCCCLXX. Dominica Exurge (a) Algard & Kynstod Principes Lithvaniæ cum exercitu potenti terram hanc obruebant. Et commissum est inter illos prælium magnum valde circa (b) fluvium Rudavv, & datus est à Domino Deo triumphus Dominis hujus terræ & Chirsticolis. Sed Marschalcus Ordinis vir intrepidus ibidem est interfactus. Prædicto bello interfuerunt, Jageli, qui præterea dictus est (c) Wladislaus Rex Poloniæ tunc 22. annorum : Wytovvodus tunc (d) 20. annorum, qui cum Principibus suis supra dictis fugam dederunt, unde versus :

Exurgunt Reges Algard, Kynstod, duo Fratres,  
Cumque subintrarent Sambenses & spoliarent  
Mox juncti pariter Winricus nempe Magister  
(e) Schindkop Marschalcus, Præceptores simul ejus  
Nos debellarunt captis multisque necarunt,  
Ex his (f) undena perversus millia plena  
Sed, proh ! Marschalcus, tunc corruit ut Leo vivus.

*Alia metra.*

Annus M. tria C. conjuncti septuaginta  
Exurge quare, prope Rudam bella notare  
Schindkop Marschalcus tunc corruit intimoratus  
Cum famulis (g) multis duo C. periereque fratres  
Certus Lithvanis, sed abest numerusque Ruthenis  
Sed qui fogerunt gelu fame perierunt.  
Gloria sit Patri & Proli cum Pneumate soli.

AN

## ANIMADVERSIONES.

- (a) Olgerdus vocatur à Lithyanicis Scriptoribus.  
 (b) Pagus est in Samlandia, non fluvius.  
 (c) Wladislai nomen accepit in Baptismo. Polonici Scriptores de aetate ejus nihil certi sciri posse scribunt. Si vero hac vera sunt, quæ habet Continuator Dusburgii, facile numerus annorum iniri potest. Videlicet mortuus est Jagello An. 1434. Anno vero 1370. fuerat 22. annorum. Ergo annum aetatis 86. jam expleverat.  
 (d) In Exemplari, ex quo haec ducta sunt, dicitur 2. annorum fuisse. Sed error est liberarii. Quærenda proinde fuerat aetas bellis gerendis apta. Cum autem ex Scriptoribus Polonicis constet. Witoldum fuisse Jagellone juniorem, inque nostro Auctore fiat mentio numeri 2. verisimillimum est, ipsum tunc annorum 20. fuisse. Hic Witoldus in Baptismo nomen Alexandri accepit.  
 (e) Henricus Schindelkopff dicebat Marschalcus illi, de quo agitur in citatis versibus. Alios adhuc versiculos ejusdem notæ ex perantiquo codice allegat Hennebergerus in *Comment. pag. 404.*  
 (f) Hennebergerus 6000. Lithyanorum tunc cecidisse memorat loco citato. Ex parte vero Teutonici Ordinis, ipse Marschalcus nomine Henricus Schindelkopf. Deinde Albertus de Sangerhausen; Diophold ab Hasenstein Commendator Bradeburgensis; Commendator arcis Brandenburgensis, nomine Albertus à Steravy: Item Bezoldus à Karbis Commendator Lataviensis, quem alii Commendatorem Rhedensem faciunt: Salentinus ab Eisenberg. Ulricus à Stokheim, Waltherus à Ringau, & alii equites exteri. *Vid. Henneb. loc. cit.*  
 (g) Ducentos & quinquaginta: ut & 24. Fratres, numerat Hennebergerus. In memoriam ejus pugnae erectam fuisse Columnam memorat modo citatus auctor. Conf. & Schuz. lib. 2. *Chron. Pruss. fol. 81. a. b.*

## CAP. XXVI.

De

## Messe tempestiva.

mon.

Hhla 2

Anno

